

PLIN. SECUNDVS.

**N**Ec te Plini Secunde Veronensis, à T.  
 Livio disiungam, à quo nec ætate  
 nec patria lōginquus es, Tu quidem quã  
 vis equestribus militiis industriæ fun-  
 ctus, procurationes quoque splendidissi-  
 mas atque continuas, summa integritate  
 administrasse perhiberis, veruntamē tan-  
 tam liberalibus studiis dedisti operam, vt  
 non nisi temerè plura, quis in ocio quàm  
 tu inter tam multas occupationes scrip-  
 sisse memoretur. Vt enim minora sileam,  
 triginta septem Romanæ, totidemque  
 Naturalis historiæ libros ad Vespasia-  
 num Principem, vberrima florentissima-  
 que sermonis elegantia descripsisti. Sed  
 quòt præclaros vetustatis auctores, tot  
 posteritatis pudores ac delicta comme-  
 moro, quæ quasi non contenta propriæ  
 celeritatis infamia, alieni fructus ingenij  
 ac maiorum fastidiis vigiliis que elabo-  
 ratos codices, intolerabili negligentia  
 perire passa est, cum que nihil ex proprio  
 venturis daret, a vitata hæreditate ab-  
 stulit, primum nempe Plinij opus, in quo  
 vt est apud Tranquillum, omnia bella  
 tractauerat, quæ cum Romanis vnquam  
 gesta sunt, ex oculis nostris evanuit, nec

21331